



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmma Diana

Diana, Antonino

Coloniae Agrippinae, 1656

Reus interrogatus

urn:nbn:de:hbz:466:1-40647

Nec ad tor-
turam qui-
dem.

absque termino defensionis, quia defen-
sio competit reo de jure naturali & divi-
no, (Clem. Pastorale de re iud. & Theo-
logi communiter cum Jurisperitis. Vide
Pegueram in praxi, cap. 12 §. 6. num. 2.)
in quo nec Summus Pontifex dispensare
potest. cap. 1. de causa possess. & propriet.
Immò Jurisconsulti communiter apud
Farinac. quæst. 30. num. 35. tenent, non
posse condemnati reum indefensum,
etiam si convictus, vel confessus, et
iam defensionem non petat, (& quam-
vis nullus textus clarè dicat, defensio-
nem dari debere ante torturam: com-
munis nihilominus opinio apud Navar-
rum conf. 8. de accus. tenet dari debere
resolutione 29. ubi infra. §. Ad quartum.)
Potest tamen Princeps reum indefen-
sum damnare in certis casibus expressis,
in quibus scit nullam ei defensionem
competere, ut si delictum esset noto-
rium, & timeretur populi tumultus. Sed
extrà eos casus non potest. Rudolphinus
de Princ. pot. cap. 2. num. 92. Constat por-
rò defensionis substantia in scientia eo-
rum, quæ testes dixerunt, cap. qualiter
& quando, de accus. in 6. ibi: & exponenda
sunt ei capitula, ut facultatem habeat se
defendendi, part. 3. tractat. 5. resol. 98. & in
addit. ref. 26.

At si testes
sint falsi, non
potest illus
falsum cri-
men obsecere,
ad infringendam fidem.

5. Reus Calumniatus, seu per falsos
testes judicatus, de crimine, iisdem falsis
testibus falsum crimen objiciens, non
peccat contra justitiam: sed tam testes
ab ipso inducti ad perjurium, quam ipse
peccarent contra Religionem. Ledeins
tom. 2. tractat. 8. cap. 35. conclus. 21. & Cruz
præf. 8. art. 4. dub. 17. concil. 1. probabile
putat, hunc modum defensionis non
esse mortaliter, sed solum venialiter
malum, secluso perjurio. Sed Malderus
ubi suprà dub. 3. & DD. communiter di-
cunt esse mortiferum: quia cum menda-
cium sit intrinsecè malum, reus non po-
test habere jus, per illud se defendendi,
part. 3. tractat. 5. resolutione 4. † quæ
ramen ratio non probat
esse mortale. †

R E V S
Interrogatus, Condemnatus.

10. † R eus indiciatus, accusatus, vel Reus tenetur
diffamatus de delicto, post se- responde,
miplenam probationem interrogari po- iudici, quem
test à judge, au crimen commiserit, & iuridice in-
ipse tenetur illi verum dicere, etiam cō- terrogares.
tra se; & confessarius potest illum ad hoc
obligare absque periculo irregulatitatis,
si delictum sit capitale, ut dictum est
verb. Irregularitas, num. 54. † Debet au- Sciat,
tem scire, quod̄ iuridice interrogatur:
unde, ut obligetur respondere, deber ei
notificari testium depositio. Aldrete de
relig. disc. lib. 2. cap. 4. n. 7. & alii cum Mi-
randa, quem vide tom. 2. quæst. 19 art. 13.
concl. 1. Et ratio est, quia donec depo-
sitionem videat, non tenetur præjudica-
re suæ famæ, quam iustè possidet. Et hæc
opinio secundum hos DD. contra Jose-
phum à S. Maria in trib. relig. tractat. 4.
cap. 17. §. 3. procedit etiam in causis Re-
gularium part. 3 tractat. 5. resolut. 91. Non
tamen hæresis, ut dictum est verb. In
quisitorum, num. 199. Adde, probabilissi- Sed proba-
mam esse Sancii disputat. 43. num. 29. & bile est non
aliorum sententiam, quod si reus licet procedere in
juridice interrogetur, non teneatur in causa capi-
conscientia delictum, ex quo ei capit is tali, &c.
tritemum, mutilationis, confiscationis,
vel alicujus gravis dedecoris malum im-
minet, fateri, docere delictum plenè
probatum sit, quia quilibet habet jus à
natura se conservandi; idque etiam cum
morte invasoris, vel alienæ rei dispen-
dio, nec præceptum judicis obligat il-
lum in conscientia, cum nec obligare
possit ad testificandum contra parentes,
& sanguine junctos. l. 4. ff. de test. sed lo-
lum imponitur ad illum terrendum, &
inducendum ad confessionem. Nec ab-
surdum est (ait Pelsantius disp. unic. ad
quæst. 70.) quod̄ judge iustè interroget,
& reus iustè neget: nam iustè etiam iu-
dex reum carceribus mancipar, & domi-
nus iustè servum detinet apud se, & ni-
hilominus uterque iustè fugere potest,
part. 2.